

- Fit supplex genti, supplex populo Beneventi,
 Qui rogat, ut sancti dent ipsius ossa roganti.
 Hic petit, hi praebeant, sed non sacra, qualia debent:
 Sancti Paulini — quo tendant iurgia fini? —
 25 Donant corpus ei pro corpore Bartholomaei¹.
 Fallere dum quaerunt, falsi vere patuerunt.
 Fraudem quam celat pars haec gregis, illa revelat.
 Fraus patet et turbis turbo gravis imminet urbis.
 Iratus multum non linquit Caesar inultum
 30 Se sic delusum, ne plebs hoc vertat in usum,
 Quod fallat regi. Pro corpore Bartholomaei
 Urbs expugnatur², ferit ira, furor dominatur.
 Sic Beneventigenis caesis, victis et egenis
 Praecipit ossa vehi sacra Caesar Bartholomaei.
 35 Tollitur, evehitur, rheda corpus stabilitur,
 Caesar laetatur, Beneventica gens lacrimatur.
 Qui dum non quaerunt unum, binos tribuerunt.
 Non unum funus, non fertur apostolus unus,
 Paulinus socius, sicut fuerat, fuit eius.
 40 Corpora dilecta Remi sub moenia vecta.
 Ecclesiae sanctae medio, quam struxerat ante,
 Taliter hos partus^a Caesar tum collocat artus.

a) Ueber 'partus' steht in der Hs. 'id est adeptus'.

1) Ebendasselbe berichtet Leo Ostiens. (a. a. O.), dessen Erzählung vermuthlich unserm Autor vor Augen schwebte. 2) Auch Leo Ostiens. spricht von einer Belagerung von Benevent (vgl. Annales Beneventani z. J. 1001), doch behauptet er, dass sie resultatlos gewesen sei. Thatsache ist, dass Otto III. noch im Laufe des J. 999 Heere nach dem Süden aussandte, um die Städte Capua (Benevent?) und Neapel zur Huldigung zu zwingen. Die von Wilmans (Jahrb. d. deutschen Reichs unter dem sächs. Haus, herausg. von Ranke II, 2) S. 249 n. 21 angeführte Urkunde, wonach Otto am 9. Nov. 999 in Benevent geweiht hätte, gehört zwar zum 11. März d. J. und ist das oben N. 4 citierte DO. III. 310. Doch würde ein Aufenthalt Ottos III. in Benevent im Herbst 999 angenommen werden können, wenn die Zusätze des Rupert von Deutz zur Vita Heriberti (SS. IV, 743 f.) Glauben verdienten. Danach wäre nämlich Heribert in Benevent zum Nachfolger des am 11. Juni 999 gestorbenen Erzbischofs Evergerus von Köln erhoben worden. Bei diesem Aufenthalt könnten die Beneventaner den Kaiser mit einer Partikel des hl. Bartholomäus abgefunden haben, die er dann in seiner neuen Kirche in einem Porphyr Sarkophag beisetzen liess, vgl. A. SS. Boll. Aug. t. V, p. 100 n. 253. Nach Baronius (Ann. eccl. z. J. 1000 n. 8) setzte Papst Paschalis II. im J. 1113 folgende Verse über das Hauptportal der Bartholomäuskirche, die noch heute erhalten sind:

Tertius istorum rex transtulit Otto piorum
 Corpora queis domus haec sic redimita viget.
 Quae domus ista gerit, si pignora noscere quaeris:
 Corpora Paulini sint credas Bartholomaei.